Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



331

332

conuersus uir dei ad predic
tum fratrem ait. Sume corpus
et sanguinem domini quia anima
tua egreditur de corpore
hic enim habes locum
sepulture tue. En frater
tuus qui uenit tecum de
monasterio uestro in inferno
habet locum sepulture. Itaque
accepta eucharistia. anima
fratris egressa est de corpore et
suscepta ab angelis lucis
uidentibus fratribus. Corpus
autem a predicto fratre patre con
ditum est in eodem loco.
Igitur fratres cum sancto brandano
uenerunt ad litus eiusdem
insule. ubi erat illorum
nauis. Ascendentibus illis
in nauim occurrit iuue
nis portans confinium
plenum panibus et amforam
aque. Qui dixit eis. Su
mite benedictionem de ma
nu serui dei. restat enim
uobis longum iter. usque

dum inuenietis consola
tionem. tamen non deficiet uo
bis panis neque aqua ab
isto die usque in pascha.
Accepta benedictione ceperunt
nauigare in occeanum. Sem
per triduanas reficiebant
ita per diuersa loca occeani
ferebatur nauis. Qua
Cum autem nauigassent
iuxta insulam ubi erant
per triduum antea et uenis
sent ad summitatem illius
contra occidentem. uiderunt
aliam insulam prope sibi
iunctam. interuenien
te freto non magno. hy
bosam ualde et nemoro
sam. plenam floribus.
ceperunt querere portum
per circuitum insule. Por
ro nauigantes contra
meridianam plagam eius
dem insule. inuenerunt
riuulum uergentem in ma
re. ibi nauim ad terram